

- 20 procedant ad dictum opus et faciant quam melius poterunt et sicut eis uel maiori
parti utilius uidebitur, faciendo quam minores expensas poterunt pro bono com-
munis. Et scribatur ad cautelam rectori Canee quia locus sancti Nichete, ubi
debet fieri istud castrum, est circa destriatum Canee, quod in hoc facto det duche
et consiliarijs et capitaneo Crete illam subuentionem iustam et rationabilem,
25 quam requirent pro bono et expeditione castrum predicti. De parte 32.—De non 16.
Non sinceri 13.

35

Διατάσσεται ὁ καπετάνος, ὅπως διαγράψῃ τῶν στελεχῶν τοὺς Ἕλληνας στρατιώτας πεζοὺς καὶ ἱππεῖς,
καὶ πάντας τοὺς ξένους, οἵτινες ἐνυμφεύθησαν ἐν Κρήτῃ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τοὺς μᾶλλον ἀνικάν-
ους, εἰς τρόπον ὥστε νὰ σχηματισθῶσιν ἵλαι καὶ λόχοι ἐξ εἴκοσι ζευγῶν. 1371, Φεβρουαρίου 10.

F^o 93^r Millesimo trecentesimo LXX, die X mensis Februarij.

- Capta. Cum sentiatur quod multi soldati nostri de Candida tam equites quam
pedites acceperunt uxores originarias deinde, quod est male factum. Insuper sen-
tiatur quod multi greci sunt ad soldum nostrum deinde cum damno communis
5 et contra ordines nostros et utile sit prouidere super hoc; uadit pars quod scri-
batur capitaneo Crete quod omnes soldados predictos tam equites quam pedites,
taliter uxoratos deinde cassare debeat a soldo nostro et grecos etiam, si aliqui
sunt ad soldum nostrum casset eos, et decetero nullum talem uel similem reci-
pere in banderijs nostris ullo modo. Et teneat modum ipse capitaneus noster,
10 cassando uxoratos et grecos predictos et de alijs magis insufficientibus quod ban-
derie omnes nostre equestres et pedestres reducantur ad XX payas pro banderia
pro bono nostri communis. Et scribat nobis quicquid fecerit ut informati de hoc
possimus sicut conueniet prouidere. Et scribatur duche et consiliarijs et capitaneo
Crete quod si pro cassatione dictarum personarum uiderent aliquod periculum
15 posse euenire deinde, quod de personis illorum qui sic cassabuntur disponant et
teneant illum bonum modum et ordinem, qui eis uel maiori parti uidebitur, ita
17 quod status noster remaneat securus deinde.

36

Ἐν συνεχείᾳ τοῦ προηγουμένου διατάσσεται ὁ καπετάνος νὰ περιορίσῃ τοὺς λόχους πεζῶν καὶ ἱππέων
εἰς 20 ζεύγη διαγράφων τοὺς ἀνικανωτέρους. Ἐπειδὴ δὲ πλεῖστοι ἐνυμφεύθησαν καὶ συγκαταλέ-
γονται πολλοὶ Ἕλληνες παρὰ τὰ διατεταγμένα, τοῦ λοιποῦ ὅταν νέος καπετάνος κατέρχεται εἰς
Κρήτην θὰ ἀκολουθῇται ὑπὸ λόχου ἱππέων καὶ δύο λόχων πεζῶν. Ἀμα δὲ τῇ ἀφίξει του θὰ δια-
γράψῃ τοὺς νυμφευθέντας καὶ τοὺς Ἕλληνας. 1371, Φεβρουαρίου 10.

Die dicto.

- F^o 93^{to} Quod pro bono nostri communis mandetur capitaneo Crete quod banderias
nostras equestres et pedestres deinde reducere debeat ad XX payas pro banderia

